

Iterum mihi ita videtur	H	'	"
	9.	58.	21.
Conspicio satellitem, quod pro Emerfione habeo	*	9.	59. 38.
Satelles distinctus, sed admodum parvus		10.	0. 15.
Satelles 3 vicino suo satelliti fere æqualis apparebat, sed vicinus ille tamen adhuc certe major apparet quam 3.		10.	2. 8.

Eclipsis quarti satellitis Jovis.

Unicam emerfionem quarti satellitis Jovis observare potui, quæ facta est Anno 1729. Die 7 Martii vesperi. Usus sum tubo reflectente.

Satellitem 4 primo detexi. Emerfio	H	'	"
	*	9.	5. 20.
Satelles 4 erat distincte conspicuus, sed admodum parvus		9.	5. 49.

Postea satellitis magnitudo sensim augebatur. Correctionem Horologii semper institui ex altitudinibus Solis æqualibus, ante & post meridiem captis.

II.

De Eclipsi partiali quarti Satellitis Jovis, Anno 1728. sperata quidem, sed non observata.

CUM Eclipses Satellitum Jovis sint frequentissimæ, tamen earum eclipses parciales admodum sunt raræ. Tres enim intimi satellites Jovis semper, quando Soli opponuntur, eclipsin patiuntur totalem. Solus quartus satelles, qui plurimum à Jove distat, quando in Oppositionibus Solis circa limites orbitæ suæ degit, umbram Jovis non attingit, sed extra illam, vel versus Septentrionem vel versus meridiem transit. Quo fit, ut ille Satelles, per continuum biennium & amplius, ab omni eclipsi sit liber, antequam rursus umbram Jovis incurrere possit. Quare solus hic quartus Satelles aliquando marginem umbræ Jovis ita strin-